

PLANISPHERIVM

SEV METHEOROSCOPION IOANNIS SCHONERI
Mathematici, Norici.

COMPOSITIO PLANISPHERII.

¶ Describendum est primò Instrumentum, è quo facillime
Planisphærium seu Metheoroscopion describitur,



STO IGITUR IN DATO PLANO
datæ lineæ AB quantitas, secundum quam ex A centro
describatur periferia $BCDE$, eaq; duabus diametris in
quatuor æquas secetur partes, eritq; recta BAD Horio-
zon, & circulus $BCDE$ Meridianus. Huius singuli in 90
partes diuidantur quadrantes, & per singulas partes duc-
cantur rectæ æquidistantes ipsi BAD Horizonti, quæ altitudinum circ-
culos seu Almicantarath designabunt, quorū numerus incipiat in Ho-
rizonte. In alio plano ad datam AB quantitatem describatur quadra-
tum $ACDE$, in cuius CA & DE lateribus numerentur ab D & C in A
& E intersectiones Almicantarath cum AC semidiametro, quæ ab A
in C uergunt, & per puncta numerationum ducantur rectæ parallelæ
ipsis DC & EA lateribus. Eædem quoq; simili ratione numerentur in
 AE recta, incipiendo in A , apponaturq; regula hisce sectionum in AE li-
nea & C punctis, & ex ijs in C ducantur rectæ, quarum EC signabitur
charactere o & CA 90, & reliquæ prout ordo postulat. Sectiones ue-
ro harū inter se ita priori schemati ingerentur. Linea BAD ex utraq;
parte secetur sicut AE quadrati latus notando sectiones AE in BAD ab
 A centro instrumenti in utramq; partem. Deinde proximę huic rectæ
intersectiones depingantur in proximam BAD in utramq; partem, ita
tamen ut in his omnibus ab AG uersus quamlibet partē fiat descriptio,
numerando semper ab AC quadrati latere, & hac quidem lege secentur
lineæ ipsi horizonti æquabiles, ipsa quoq; sectionum puncta proxima
ipsi GA arcuali linea coniungantur, quæ deniq; circulos azimuth, quos
etiam uerticales dicunt conflabunt. Iam in quadrante BG à B in G , nu-
meretur datæ regionis latitudo seu eleuatio polaris, itidem etiam fiat
in quadrato DE à D in E numerando, & apposita ad finem numera-
tionis regula ducatur recta ZK quæ sextam horam designabit. In qua-
drante uero DG à D in G , numeretur complementum altitudinis poli,
& apposita ad A centrum & terminum numerationis regula, per cen-
trum & finem cōputationis ducatur recta quæ æquatorem referet, sitq;
ea TI . Ambitus autem ZTI diuidatur in partes 360, & per diuisionū
puncta æquabiles æquatori TI , exeant quæ declinationum circulos re-
præsentabunt,